



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Illegitimus

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

gaudent privilegio fratrum & Georgii de Alga. Dispensatus a sciente illegitimitatem si ab ipso eligatur in dignitate dispensatus fuerit in seculo potest obtruncare Praelaturas Religionis Sed contra rium est probabilius contra Lezanam, & dispensatus ad ordines non censetur dispensatus ad Vicariatum Episcopi. *Idem tractat. 15. res. 19.*

3. Fratres illegitimi S. Georgii, in A- lega in Portugallia ex privilegio, per professionem habitantur non solum ad legitimacionem, sed etiam ad omnes dignitates Religionis. Eugen. IV. Sanchez, & alii: sed alii Religiosi non possunt vti, vel frui dicto privilegio per Sixtum D. & alios Pontifices limitato. Illegitimus dispensatus a sciente illegitimitatem si eligatur in aliquam dignitatem, saltem ad forum conscientiae intelligitur dispensatus. *Portell. & alii ibid. & si dispensatus fuerit in seculo potest obtruncare Praelaturas Religionis Sed contra rium est probabilius contra Lezanam, & dispensatus ad ordines non censetur dispensatus ad Vicariatum Episcopi. Idem tractat. 15. res. 19.*

IMMUNITAS ECCLESiarVM.

Ad ordines non ad vicariatum Episcopi. Immunitas vastuendi eos concessa est.

Quoad Loca. Immunitas Ecclesiarum est privilegium Ecclesiarum, & locis sacris concessum, ut rei ad ea confugiunt, non possint extrahi per vim. Quod privilegium vadenam ortum habuerit, dicemus num. 15. Quatuor autem hoc loco occurrunt examinandi: primum, quoniam loca gaudeant immunitate: secundum, quoniam personae ad ea confugiunt: tertium, in quibus delictis: quartum, quoniam sit effectus. Ecclesiasticae immunitatis tam quoad iudicem laicum, quam quoad Ecclesiasticum: & primo quoad loca.

Ecclesiis. Etiam si Eucharistiam non habeant.

1. Privilegio immunitatis gaudent in primis Ecclesiae, cap. minor. c. definitus, c. nullus. 7. quest. 4. o. Ecclesiae, c. inter alia. de imm. Ecclesiae, & const. Cum alias non nulli. Greg. XV. 7. Etiam si sanctissimum Eucharistiae Sacramentum non retineant: quia c. Ecclesia cit. id non requirit, & privilegium Ecclesiae non est concessum solum ratione talis praesentiae, sed ob destinationem ad Sacra in ea peragenda. Palaus rom. 2. r. 12. punct. 6. num. 2. contra Couarr. lib. 2. cap. 20. & Sarpum de iur. asyl. cap. 4. Etiam si de facto non

Nec sacra in eis fiant.

peragantur. Peregrin. cap. 4. n. 7. contra Ambrosium de imm. cap. 10. n. 2. Imo etiam si sic polluta vel interdicta; nam non propterea desinit esse sacra, sicut Clericus interdictus, non amittit sua privilegia suar. de relig. tom. 1. lib. 3. cap. 9. n. 6. Et non solum quoad peregrinos, sed etiam quoad populum, ob cuius delictum interdicta fuerit. Peregrin. num. 14. contra Dec. tom. 2. lib. 6. cap. 25. num. 20. Item quamvis nondum sit perfectè constructa: nam eo ipso quod Episcopi auctoritate construi coepit, divinis obsequiis digna est. Farin. de imm. cap. 17. n. 261. Et quamvis constructio intermitteretur, contra Italianam lib. 2. cap. 14. 6. 3. n. 15. & seq. Item quamvis Ecclesia diruta sit, non auctoritate superioris, si sit spes reedificationis. Gambacusta lib. 4. cap. 2. numero 12. contra Corream pars. 2. tractat. 10. quia similiter Ecclesia diruta, ratione loci, in quo reedificata eras, sacra esse non desinit. l. ad sacra ff. de contr. emp. & l. in tantum. 5. sacra. in fin. ff. de rer. diu. part. 6. tractat. 1. resolutio. 1.

Etiam si luti. Interdicta. Sic.

Nondum perfectè.

Et dirutis.

2. Secundò gaudent Oratoria Confraternitatum Ecclesiae, aut monasteriorum affixa. Peregrin. num. 26. Vel auctoritate Episcopi erecta, quod praesumitur quotiescunque habent campanam super tectum, & publicè pulsatur: contra Sarpum ubi supra vide cap. praesentibus, de priu. & Sanchez de matrim. lib. 9. disputat. 15. numero 39. Ibid. 5. Sed non est. Imò Novar. sect. 2. quest. 56. num. 3. extendit ad quaecunque Confraternitates, in quibus pia opera exercentur, quamvis erecta sint absque Episcopi facultate. pari. 1. tract. 4. resolut. 37. Sed contrarium declaravit sacra Congregatio Episcoporum 17. Decemb. 1617. & Immunit. 9. Decemb. 1631. Ibid. resolut. 107. prope finem.

Item Oratorii confraternitatum.

3. Tertio contra Sarpum ibid. gaudet Coemeteria cap. fin. de imm. Eccl. ibi. vel ruit, earum coemeteriorum: quoniam ab Ecclesia separata, quia ex quo Coemeterium fidelium sepulturae destinatum est. Episcopi auctoritate sacrum praesumitur. Palaus tom. 2.

Coemeteria.

